

# Panor. super secunda Primi.

licet tex. faciat per modum casus, tamen ex eo faciunt regulam, q̄ omnis grauis peccator occultus incurrit irregularitatem, & etiam post peractam penitentiam est suspensus. ideo si consuluit an debeat celebrare, vel ad superiores ascendere, prohiberi debet a consulente non præcise, sed consulendo, quia suspensus est, quo ad se, & sic loquitur decr. Quarta regula est in mediocri peccato, in quo persistit, & occulto, & adhuc non pot̄ prohiberi, licet debeat moneri ex quo peccatum est occultum. Ad quod respondent, quod fatendum est, quod occultus peccator nullo modo debeat prohiberi, si loquimur de prohibitione contentiosa, & præcisa, si de penitentiali, & monitiua, debet prohiberi, quando perseverat in peccato, vel quando non p̄seuerat, & est irregularis, vt homicida, hic intellectus est in se verus, sed non placet, quia tex. videtur loqui de præcisa monitione, & prohibitione. ideo intelligo tex. vt loquatur de præcisa, & intelligatur de delicto occulto, prout distinguitur contra notorium, quod tamen est probabile, & fm̄ hoc decidit decr. ista, quia quandoque delictum est mediocre, & occultum, probabile tamen post actam penitentiam non debet prohiberi in susceptis, nec in suscipiendis, quia tales non sunt irregulares, vnde ex quo exegerit penitentiam, non sunt prohibendi. Quandoque delictum est graue, & occultum, vt causans irregularitatem, vel ipso iure inducens suspensionem, & tunc prohiberi debet, vt in homicidio, de quo loquitur causa exempli, vnde idem in aliis suspensionem, vel irregularitatem inducentibus. Quandoque delictum est mediocre, & notorium, & hoc etiam post peractam penitentiam impedit, quia causat irregularitatem. Quandoque est mediocre, & occultum, & nondum est acta penitentia, tamen est probabile, & adhuc dico, q̄ prohiberi non debet, sed moneri, quia ex quo delictum nõ causat irregularitatem, licet sit in peccato, & possit probari, antequam notorium sit, non potest hic prohiberi a ministrando, quia hic propter peccatum suspensus est tantum quo ad se, a suscipiendis autem posset prohiberi, & hoc non negat decr. Concludendo tamen omnia dico, q̄ quædam sunt crimina enormia, quæ quo ad propositum sunt delicta natura delicti causantia, vel irregularitatem vel suspensionem, vt est delictum homicidii. & de hoc est certum penes omnes, vt hic. de aliis est dubium certe, vt est crimen simoniæ. de ac. inquisitionis, & alia delicta quæ enumerantur per Doc. in c. nisi cum pridem. §. propter conscientiam. sup. de ren. vel verius illa, in quibus apparet a iure, q̄ inducunt suspensionem ipso iure, & in istis, aut crimen est notorium, & duplici causa inducit irregularitatem natura delicti, & occultæ notorietatis. hæc impediunt siue acta penitentia, siue non, vt hic, & in susceptis, & in suscipiendis, aut sunt occulta, prout occultum distinguitur contra notorium, sunt tamē probabilia, & tunc idem, siue sit acta penitentia, siue non, vt hic fm̄ in intellectum, quem sequor, & possunt tales præcise prohiberi. Aut sunt omnino occulta, & tunc tales, quo ad se, etiam acta penitentia sunt suspensi, & sunt prohibendi in foro penitentia, consulendo, sed non præcise in foro contentioso, sed suæ relinquendum conscientia, vt hic fm̄ alium intellectum. Quædam sunt delicta enormia, & cæntia irregularitatem, vel suspensionem, & ista manifesta impediunt in susceptis, & suscipiendis, occulta in susceptis tantum non impediunt, sed suscipiendis sic. sup. eodem. cap. ex tenore. Quædam sunt delicta mediocria, & appello mediocria omnia mortalia, de quibus in sum. de pen. & remis. §. de peccatis. sub §. quæ autem sunt peccata mortalia. 25. di. c. vnum. S. nunc autem. quæ sui natura non causant irregularitatem, inter quæ est periurium, adulterium, & falsum testimonium, vt aperte patet hic, & dic, q̄ quandoque hæc mediocria sunt notoria iuris, & facti, & talia propter notorietatē causant irregularitatem ex accidenti, & tales non possunt promoueri acta, vel non acta penitentia, vt hic est casus implicitæ, nisi secum dispensetur. Attendendum tamen est, q̄ in dispensandi potestate distinguitur inter ista, an sint de mediocribus, & minoribus, & dispensant Episcopi, nisi appareat prohibitum acta penitentia, de iud. c. ar. si clerici. si sint de maioribus, dispensat solus Papa, nisi vbi appareat Episcopis permissum, & hoc casu potest procedere opinio alia, de qua fit mentio hic in gl. quæ exigit in talibus dispensationem. Quandoque hæc delicta mediocria sunt occulta, prout distinguitur occultum contra notorium, & sic sunt

probabilia, & tunc aut isti volunt promoueri acta penitentia, & possunt, vt hic est casus, aut volunt promoueri nondum acta penitentia, vt hic, dicunt quidam q̄ talia faciunt hominem irregularem, vt non possit in susceptis ministrare, nec ad superiores ascendere. Credo q̄ quo ad se sunt irregulares, quia non possunt salua conscientia ministrare, nec ascendere, quo ad alios autem: vt possint prohiberi, dico nisi huius delicti probatio recipiatur, ita q̄ transeat in notorium, q̄ non possunt etiam prohiberi, sed bene debent moneri, & sic debet intelligi hæc decretalis in fi. & dic, q̄ aut in susceptis, & ante probationem in receptis non potest impediri, sed debet moneri, vt hic, aut in suscipiendis, & dic, quod oblata probatione poterit impediri, arguor, quæ no. per Hostiæ. in c. quæris, de ætate, & qualitate. & de coha. cler. & mu. c. vestra. No. q̄ vbi conscientia regulari a iure diuino, & tunc peractio penitentia semper tribuit potestatem ministrandi in susceptis, & ascendendi ad superiores, secus si regulari a iure positivo, quia feruanda sunt forte dicta sup. de hoc not. fuit sup. eo. c. ex tenore. Quandoque hæc crimina sunt omnino occulta, & si acta penitentia, idem q̄ sup. & fortius ea non acta non possunt prohiberi, sed tantum moneri, & sic ergo loquitur finis de cre. 10. p. secundo contra vnum supra incidenter præsuppositum, q̄ periurium non sit de mediocribus, quia imo est maius delictum adulterio. 2. 2. q. 5. c. ille. Solu. dicit Hostiæ, q̄ illud, quod dicitur de homicidio hic, habet locum, & in aliis grauius, & sic periurium sequitur homicidium, hoc non dicit Hostiæ, sed remittit ad d. c. ille. & ibi not. q̄ homicida dicitur grauius peccare, & sic not. verbum, q̄ hic ponitur, arg. eorum quæ no. de ren. c. nisi. §. propter conscientiam, quod infinite displicet, quia contra hanc decr. hic ergo, q̄ quo ad effectum irregularitatis de quo agimus, maius censetur homicidium, & magis horrendum. Item quomodo docunque sit, sufficit, q̄ a iure nõ reperitur, q̄ periurium inducat suspensionem. Quæro an irregularis ordinatus, vbi eget dispensatione, characterem recipiat, Doc. dicit hic, q̄ sic, dummodo in forma ecclesiæ ordinetur, q̄ vera sacramenta conficiat. 1. 9. di. ca. fm̄. 1. q. 1. c. dominus, & c. q̄ quidam, & no. in fi. 1. c. 2. Quæro secundo, an delictis mediocribus acta penitentia absque dispensatione possit quis ad superiores ascendere, & in susceptis ministrare, hic Ala. videtur velle, q̄ nõ, nisi saltem Episcopus cum eo dispenset, quod potest, vt de iud. c. ar. si clerici. & dicit, q̄ valde necessaria est dispensatio non propter depositionem vitandam, quia occulta peccata vindictam non habent. 3. 2. q. 5. c. christiana, sed vt licite suum officium exequatur, quod aliter non potest. 3. di. c. habuisse. Itē operabitur dispensatio, quia super illo delicto amplius accusari nõ poterit, de fi. p̄sby. c. ex tua, de schism. c. fraternitati. Non obstat. 3. 3. q. 2. c. admonere. 1. 5. q. 5. presby. de pen. dist. 4. cap. diuina clemētia, quia verum est, q̄ dispensatio vel absoꝛtio penitentialis non tollit penam contentiosam, sed bene tollit dispensationem iudicialis, vt in fi. de iud. ar. si clerici. §. i. hoc vltimum dictum est verum, sed primum non placet, vt dicit glo. si. quia delictum mediocre occultum habita penitentia, nulla eget dispensatione, vt dictum est sup. & est hic casus ad litteram, & ad

in 1. quod dicitur, si de lib. & posthu. Et an mandans fieri homicidium, eo secuto teneatur pena homicidii, vel sit irregularis, dicas q̄ sic, vt per Sal. in 1. non dubium, c. de legi. mo. non solum mandans, sed omnes illi quorum consilio, vel fraude, vel prodicione committitur homicidium, tenentur de homicidio, & sunt irregulares, vt in cap. periculoſe, de peni. dist. 1. Et adde, quod licet interficiens partum nondum formatum, non sit homicida, neque irregularis, ex quo anima non est infusa, vt in c. quod vero, 3. 2. q. 2. & habetur in c. consuluisti, 2. 3. q. 5. & per magistrum sen. 4. di. 1. 1. & tamen quando etiam infusa, & partus esset formatus, diceretur homicida, & incurreret irregularitatem, quia dedit occasionem homicidio, vt dixit glo. in c. si quis, de homi. & in c. iudeat, & in c. de his. 50. dist. eodem modo si cum herbis, vel alius medicinis medicus faceret fieri abortiuum, quando anima est infusa, & sciret faceret, teneatur, vt homicida, & esset irregularis, sed si aia nõ esset infusa, & medicus faceret fieri abortiuum, non euitaret peccatum, licet euitaret irregularitatem, & poenam homicidii, vt per glo. in c. si aliquis, & in c. si dignum, de ho. & per Inn. in c. ex literis, eo. ti. & habetur in l. diuus, ff. de extraor. cri. in l. Cicero, ff. de pen. & vide beatum Tho. 2. 2. q. 64. ar. 8. vbi ponit de occidente aliquem casualiter, & de percutiente pregnantem, si partus animati mors sequatur. Et ibi ponit etiam de Lamech credente occidere debentem, & occidit hominem. Et adde vltimo, quod quis tenetur de homicidio, & vt homicida esset irregularis, si forsan occideret hominem vniuersitatum, vel in firmum, licet certum esset eum debere mori, donec anima est in corpore, de quo vide text. & ibi Floria. in l. item Mela, in s. Celsus, ff. ad legem Aquiliam. Ant. Franc.